VOS nempe ſplēdidiſſima Spagyricæ Artis Lumina, in ipſo pagellarum harundem limine compello, & Judices juxtim, numero hoc viris ſapientibus quondam,

- - - - Quos orbe ſub omni
Ardua ſeptenâ numerat ſapientia famâ,

Quin imò & artibus adhuc liberalibus ſacro, adeoq; honoratiſſimo, in lite, ut ſummè ardua, ſic rebus, præſertim ita calumnioſè geſtis, profectò mihi odioſiſſima, conſtituo.

Noſtis autem, Patroni Magni, & in propatulo jamdudum fuiſſe vobis non dubito, qvonam tractatu, fidem & veritatem, Auro cuidam potabili, medio Salis Urinæ, & Vini ſpir: Ductore ſic Doctore Excell: Dn. Johanne Agricolâ & aliis à me paſſim allegatis Auctoribus conficiendo, ac totiens etiam ab ipſis conſe-

fe-